



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Henrico Contracto monacho Claraeuallis, qui in somnis vidit Christum  
in pectore suo obdormire, cum infirmus moreretur, cap. 30.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

nostri hoc vidit, & ingemuit; compassus illi etiam vique ad lachrymas. Subsequenti nocte Saluator ei in somnis apprensus super altare, in gloria magna, ait: Gratias tibi quod heri tantum mihi compassus es, quando camerarius ducis tam immisereticorditer, sine causa, sustigauit me. Ad quam vocem Conuersus euigilans, intellexit quod Christus adhuc in suis membris pateretur. APOLLONIUS: Dic quæso, estne adhuc aliqua alia forma despecta, in qua Christus mortalibus dignetur apparere? CÆSARIUS: Etiam; tanta est humilitas in Christo, ut aliquando sub figuris infirmorum, aliquando, quod est amplius, species leproforum assumens, nobis appareat. Si primum verum non esset, nequaquam diceret in Euangelio: Infirmus fui, & visitastis me. De secundo dicit Isaias; Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, &c. Licet in dialogo S. Gregorij & in aliis locis de his plura occurrant exempla; non tamen, quia ita promissum est, tibi dicere licet nisi noua, id est nostris temporibus gesta.

Mat. 25.

Isaia 53.

## CAPVT XXX.

**H**enricus Contractus Claraualis monachus, *Christi* cuius memini in distinctione prima cap. 10. *sius apud* qui ante paucos annos defunctus est, in eadem *paret in* domo quandoque infirmarius fuit; hic cum tempore *specie in* quodam haberet magnum infirmum, iam morti proximum, & nocte surgens ad signum marinarum, cum eundem infirmum considerasset, sperans illum posse durare, chorum, ex hoc securior, intrauit; in quo dum sedendo modicum quid dormitasset, ecce Saluator in figura infirmi adfuit, & super pectus eius se reclinans requieuit. Henricus verò de hoc territus, cum surgere vellet, Dominus eum compescuit, dicens: Bone Henrice, sine me quiescere. Ad quod verbum expergestus, mox recordatus est infirmi sui, & surgens atque in infirmarium festinans, illum agonizantem reperit, quem cum ad terram deponere vellet, super pectus eius in modum visionis exspirauit. *firmi.* Quod autem Do-

Hh 3

minus



minus quandoque species leproforū assumat, sequētia declarant exempla.

## CAPVT XXXI.

*Apparet  
Christus  
in specie  
leprosi.*

*\* l. 2. c. 5.  
et l. 4. c. 3.*

**N**obilissimus quidam princeps Theobaldus, Comes Campaniæ, de cuius operibus misericordiæ in \* vita sancti Bernardi Abbatis Claræuallis mira leguntur, tantæ humilitatis erat, vt etiam præsentialiter tuguria leproforū visitaret: adhuc viuunt, qui illum in carne viderunt. Habebat autem ante quoddam suum castrum leprosum quendam manentem, ante cuius domunculam quotiens eum contigit transire, de equo descendit, & ad illum intrans, postquam pedes eius lauit, eleemosynam dedit, & abiit. Post breue tempus, idem leprosus Comite ignorante defunctus est, & sepultus. Die quadam Comes iterum via illa transiens, mox vt ante tuguriū sibi notum venit, descendit, dicens: Oportet me visitare patrem meum, intransque, non leprosum, sed in leprosi forma & habitu cōtemplatus est Dominum, cui cum consueta opera misericordiæ impendisset, & tanto deuotius, quanto inspirabatur a visitato fortius, hilaris exiuit, cumque suis dixisset, gaudeo me videre leprosum meum: responderunt ei quidam; Domine, sciat is eum pro certo dudum esse defunctum, & in tali loco sepultum. Quod vbi comperit Princeps piissimus, exultauit in spiritu, eo quod videre ei que ministrare meruerit præsentialiter, quem multo tempore in suis membris veneratus est. Vt autē Dominus IESVS tantam humilitatem tanti Principis etiam in præsentem remuneraret, & vt verba sua vera ostenderet, quæ dixerat: Quicquid vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, se illi exhibere dignatus est. Audi aliam visionem, ista adhuc excellentiorem.

*Matt. 25*

## CAPVT XXXII.

**E**O tempore, quo heresis Albiensium pullulare cepit, contigisse dicitur quod narro. Erat in regno Francorum Episcopus quidam ætate iuuenis, sed magna religionis: nominis eius siue diocesis eius non memini. Hic tantæ fuit pietatis, misericordiæ, ac hu-

*milli.*